



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio quinta. Vtrum per aliquam formam sibi inhærentem corpus gloriosum possit simul esse cum alio corpore glorioso vel non glorioso.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

### Magistri Durandi de

influentia propria, ut esset deo si res annihilaret, & de nauta si inter pericula maris nauem non regerer, vel impediendo influentia alterius, sicut obstatum possum in fenestra causat tenebras impediendo illuminationem solidis, & eodem modo interposita terra inter solem & lunam causatur eclipsis, similiter impossibilitas non potest alii conuenire nisi per naturam ad quam sequitur priuatione principiorum mediantibus quibus inest alii passibilis, vel per naturam impedientem passionem que ab aliis posset inferri, & vtrummodo impossibilitas est a causa positiva vel inhaerente vel assistente.

23 Ad secundum dicendum quod boni nunquam scient per experientiam in se quid est malum, nec hoc pertinet ad imperfectionem, alioquin Deus esset valde imperfectus, qui nunquam sciuit malum per experientiam in seipso: experientia enim quatenus importat cognitionem pertinet ad perfectionem, & sic est in Deo, & sic erit in beatis, sed quarenus importat passionem non erit in eis, &c.

### QVÆSTIO QUINTA.

Vtrum per aliquam formam sibi inhaerentem corpus gloriosum possit simul esse cum alio corpore gloriofo vel non gloriofo.

Secundum queritur de dote subtilitatis, vtrum per aliquam formam sibi inhaerentem corpus gloriosum possit simul esse cum alio corpore gloriofo vel non gloriofo. Et arguitur quod sic, quia dos subtilitatis quam habebit corpus gloriosum esset aliquis actus proprius, sed ille actus non potest esse alius nisi penetrare & esse simul cum alio corpore, ergo &c. Et confirmatur, quia si corpus gloriosum per dotem subtilitatis non posset esse simul cum alio corpore, sed solum per miraculum diuinam virtutem, sequeretur quod in eis subtilitas esset frustra: quia Deus potest per miraculum facere quod corpus non gloriosum sit simul cum alio corpore.

2 Item quod competit alii corpori per naturam potest competere corpori gloriofo per dotem gloriae, sed alii corpori coenit per naturam esse simul cum alio corpore, ergo &c. Probatio minoris, quia ferrum ignoratur non solum in superficie, sed etiam in profundo, ita quod non est scorsum signare ignem sine ferro, & ferrum sine igne, sed oportet ferrum & ignem esse simul, quod patet per operationem: habet enim igne aliud approximatum, & similius panis & viuum videtur simul esse quando panis est totaliter inbibitus viu.

3 Item corpus quod non potest esse simul cum alio corpore, potest in motu suo impediti per aliquod corpus, sed ad conditionem bonorum pertinet quod non possint in motu suo impediti, alioquin posset eis accidere aliquid triste, ergo corpora gloriae eo ipso quod sunt gloria, possint simul esse cum alio corpore.

4 IN contrarium arguitur, quia sicut se habent duo accidentia numero differentia ad idem subiectum, sic videtur se habere duo corpora ad eundem locum, sed nulla virtute creata potest fieri quod duo accidentia solo numero differentiatione sint in eodem subiecto, ergo nulla virtute creata potest fieri quod duo corpora sint in eodem loco.

5 RESPONSO. Circa questionem istam videntur sunt duo. Primum est, quid sit subtilitas a qua corpora gloriae denominabuntur subtilia. Secundum est, an propter subtilitatem sit ibi aliqua forma inhaerens corpori gloriofo, per quam possit corpus gloriosum simul esse in eodem loco cum alio corpore.

6 Quantum ad primum sciendum est quod subtile in corporibus secundum generale rationem nominis opponitur ei quod est esse grossum, & vtrumque istorum reperitur in corporibus tam ratione quantitatis quam ratione qualitatis: ratione enim quantitatis illud dicitur subtile quod est parvum secundum latitudinem & profunditatem, dato quod sit magnum secundum longitudinem. Grossum vero dicitur quod est magnum secundum latitudinem & profunditatem. Ratione vero qualitatis dicitur aliquid subtile, quia est rarum & paruum, vt aer, grossum vero dicitur quod est magnum densum & opacum, vt terra. In subtili autem & grosso quo cunctis istorum modorum accepto hoc est commune quod subtile est facile penetratum alterius, subtile quidem secundum quantitatem propter figuram acutam quam habet si

### Sancto Porciano

non sit latum nec profundum, dato quod sit longum, vt stylus vel acus, talis enim figura est diuisua & facile penetrativa. Subtile autem secundum qualitatem est facile penetrativa, propter diuisibilitatem fuerum partium in partes parvas aliorum corporum poros subinterrantes, vt aer, aqua & huiusmodi, & propter hanc conditionem subtilitas tractum est ad potentias cognitivas. Ille enim dicitur habere subtilem visum qui penetrare potest ad videndum parva, vel longinquaque alii non vident, & subtilem intellectum qui penetrat ad cognitionem occultorum, iuxta etiam hunc modum subtilitatem spirituales dicuntur subtile, quia maximè elongantur a grossitate corporali quae literatas accipiunt, & quia maximè penetrant ad cognoscendum intima rerum.

7 Occasione autem istorū fuerunt duo errores circa subtilitatem corporū gloriorum. Vnde quorundam dicent quod post resurrectionem corpus vertetur in spiritum, occasione fumentū ex dicto Apostoli. Cor. 15. Semper corpus animale, surget corpus spirituale. Et hic error primo conuincit ex eo quod forte non est possibile quacunq; virtute corpus conuertere in spiritum. Secundum quia si esset, & sic fieret, tunc homo non resurget, quia homo dicit quid compositum ex anima & corpore & non alterum solum. Nec mortuum corum est insufficiens, quia sicut dicit Apostolus quod corpus resurget spirituale, ita dicit quod seminatur animale, sed nunc corpus non dicitur animale, quia coueretur si animam, ergo nec tunc dicetur spirituale, sed quod versum sit in spiritu.

8 Alius error fuit aliorum dicentium quod post resurrectionem corpora beatorum erunt subtilia, quia erunt rara ad modum aeris. Quod patet esse errorem, quia talia corpora non sunt palpabili, corpus autem Christi post resurrectionem fuit palpabile, vnde dixit Discipulis: Palpate & videte, &c. Itē veritas humani corporis requirit carnes & ossa quae non copiaruntur talem raritatem. Et ideo hic error damnatus est à Gregorio vt patet moralium.

9 Dicendum est ergo alterum, quod post resurrectionem corpora erit plenē subiectū animi vel spiritu. Comparatur autem anima ad corpus tripliciter. Primum quantum ad esse: quia anima est actus & forma corporis. Secundum quantum ad operationes quibus anima viritur corpori subiecto, sicut sunt operationes sensitivæ. Tertium quantum ad motionem localēm, anima autem non solum est actus corporis, sed aliquo modo motor. Primum ergo subiectio corporis ad animam quantum ad esse, pertinet ad dotem impossibilitatis, ratione cuius nihil potest accidere in corpore quod sit via ad separationem corporis ab anima, sed perfecta subiectio corporis ad animam vt ad motorē pertinet ad agilitatem, vt postea dicetur, perfecta vero subiectio eiusdem ad animam quod ad operationes cognitives & appetitives videtur pertinere ad subtilitatem: & hęc subiectio potest intelligi vel quantum ad operationes sensitivæ præcisæ, vt nihil sit in corpore per quod puritas talium operationum impeditur, sicut nunc sit in nobis frequenter propter grossitudinem & impuritatem spirituum deferentium operationibus sensitiuum. Omnis enim impuritas talis segregabitur a corporibus gloriofis. Vel potest intelligi talis subiectio propter obedientiam perfectam quia tunc habebit vires sensitivæ ad rationem, quæ obedientia modis non est in nobis quando caro concupiscit aduersus spiritum, & ob hoc corpus nunc dicitur animale, ab animalitate, quia motus animalis magis sunt in nobis secundum impetum sensitivitas quam secundum dictamen rationis: sed tunc dicetur corpus spirituale, quia omnes tales motus erunt plenē subiecti spiritui, quanvis quidam intelligat quod corpus nunc dicatur animale quod indiget cibis, tunc vero spirituale, quia cibis non indigebit, quod quanvis sit verum, hoc ramen magis videtur pertinere ad impossibilitatem & in corruptibilitatem quam ad subtilitatem.

10 Quocunque autem dictorum modorum accipiatur subtilitas, non videtur necessarium quod dicat aliquam qualitatem supernaturem inhaerentem corporibus gloriofis, quia subtilitas primo modo accepta, scilicet propter operationes sensitivæ potest esse per solam puritatem humoris & spirituum feruentium operationibus sensitivis. Secundo modo accepta potest esse per diuinam prouidentiam assistentem: nec appareat bene quomodo possit esse

Lib. IIII. Distinctio. XLIII.

esse per aliquam qualitatem inhaerentem, quia actus cuiuscumque qualitas sive naturalis sive supernaturalis non est liber sed necessarius, & ideo semper ad idem inclinat, sed obedientia virtutum sensitiuarum ad intellectum non potest esse secundum inclinationem ad idem, quia quandoque secundum rectam rationem aliud est appetendum, quandoque vero eius oppositum, ideo &c.

11. Et quanquam secundum hanc viam subtilitas non sit aliqua forma inhaerens, sicut nec impossibilis, nihilominus tamen potest dici dos, quia dos sponsorum (ex qua nomine illud tractum est) secundum doctores constituit non solum in his quae sponsam ornant & circumstant quae intrinsecus, sed etiam in his quae assuntur extrinsecus: ut si adiunctionem eius daret certa custodia militum, & sic per se atque aliquid primum.

12. Quantum ad secundum, scilicet aut per dote subtilitas positus corpus gloriosum simul esse cum alio corpore. Dicendum est quod non, sive dos subtilitas sit alia qualitas naturalis superaddita, sive non, quod probatur sic: dos subtilitas constituit in puritate operationum sensitiuarum, & in subiectione earum ad rationem, ut dictum est. Ex hoc sic arguitur: Illud quod secundum se nullam habitudinem haber ad locum nihil facit ad hoc, & vnum corpus posse vel non posset esse cum alio in eodem loco, sed subtilitas cum constituit in puritate operationum sensitiuarum & appetituarum, & subiectione earum ad rationem secundum se nullam habitudinem haber ad locum, ve de se pater, ergo nihil facit ad hoc, & vnum corpus posse vel non posset esse cum alio in eodem loco. Et confirmatur, quia in statu innocentiae sicut & fuerit si durasset talis puritas operationum sensitiuarum, & subiectio earum ad rationem, & ramen non propter hoc poterat vnum corpus esse cum alio corpore in eodem loco, quare &c. Itē probatur secundum quod non tollit a corpore gloriose quantitatem eius, nec auctum eius impedit, non tollit a corpore gloriose quin expellat aliud de loco suo, & sic non poterit esse simul cum alio maior pater, quia id quod facit corpus distare ab alio corpore secundum locum vel situm est sola quantitas, unde 4. Physic. dicit Philos. quod si a corpore cubito circunferentur omnes qualitates & passiones adhuc occuparet locum, nec posset simul esse cum alio, sed necessariō diffaret secundum situm. Ex parte ergo quantitatis est distantia corporum quo ad locum. Quod ergo non tollit quantitatem, nec eius operationem, non tollit quin corpus vnum expellat aliud de loco suo. Minor probatur, scilicet quod nulla qualitas tollat a corpore gloriose quantitatem, nec eius actionem. De quantitate patet, quia si tolle retur, non maneret in divisible. Item non habet et qualitates sensibiles, que requiriunt quantitatem pro immido subiecto, que sunt absurdas. Nec tollit auctum eius, quia illud quod nullam habitudinem haber ad locum nisi mediate quantitate non tollit habitudinem quantitatis ad locum sed potius accipit ex ea habitudinem ad locum, sed omnis qualitas est huiusmodi, ergo &c.

13. Ad primum arg dicendum quod actus dotes subtilitas non erit sacer quod corpus gloriosum possit esse cum alio, sed erit vel puritas operationum sensitiuarum, vel subiectio earum ad rationem, vel vrumque simul, & ideo non erit frustra: & quod additur quod Deus potest sacer quod corpus non gloriosum sit cum non glorioso, & ita per misericordiam tantum est de non glorioso, sicut de glorioso, & cedetur quod nulla gloria corporis si sit qualitas inhaerens potest circa hoc aliquid.

14. Ad secundum dicendum per intermissionem minoris quod in ferro ignito non sunt simul ignis & ferrum. Cuius ratio est: quia forma ignis non copatur in materia quam perficit tantam densitatem, quam requirit forma ferrum, nec forma ferrum copatur ratiatem quam requirit forma ignis. Quid ergo dicendum est quoniam ferrum igniter? Dicendum veris quod ignitum ferrum non est nisi yehemus eius alteratio a qualitatibus ignis, ratione cuius potest aliud ignire, & sic ubi ferrum est, non est ignis, sed ardor, vel causa, si quae tamen sunt porositates in ferro, nihil prohibet

Quæstio VI.

399

quod ibi sit ignis verus generatus, vel in materia aeris prius ibi existentis, vel in subtilibus partibus, quae refoluntur a ferro. De pane autem inuncto in vino vel aqua, dicendum est quod ubi est porositas panis, ibi est solum venum vel sola aqua. Vbi autem est panis solidus nihilominus humectatus, ibi est solus panis alteratus cum qualitatibus vini vel aquae quorum substantia corrumpitur, & sic nunquam sunt simul ferrum & ignis, panis & venum.

15. Ad aliud dicendum quod corpus gloriosum non potest impediri a motu suo per aliud corpus, non propter aliquid virtutem sibi inherenterem, sed propter virtutem diuinam sibi ad nutum adseritatem.

QVÆSTIO SEXTA.

1. Vtram virtute diuina corpus gloriosum possit esse cum alio corpore gloriose vel non gloriose.

D Einde queritur virtum virtute diuina corpus gloriosum possit esse cum alio corpore gloriose vel non gloriose. Et argutur quod non: quia aequaliter videtur possibile quod idem corpus sit simul in diversis locis circumscripsiue, & quod duo corpora sint simul in eodem loco, sed primum non potest fieri quacunque virtute, ut communiter ponitur, ergo nec secundum.

2. Item Boetius in lib. de trini. dicit, qd si animo cuncta accidentia a corporibus separamus, tamen locus est cunctis diversus, quem vnum fingere nullo modo possumus sed illud non est possibile quacunque virtute quod non potest mente concipi: tale enim videtur implicare contradictionem, ergo videtur quod nulla virtute possunt duo corpora simul esse in eodem loco.

3. Item sicut prius arguebatur, qd prec. sicut se habet duo accidentia eiusdem speciei ad subiectum, sic duo corpora ad locum, sed duo accidentia eiusdem speciei non possunt simul esse in eodem subiecto, ergo nec duo corpora in eodem loco. Minor probatur, quia duo accidentia eiusdem speciei vel sunt aequalis gradus, vel inaequalis, puta quia vnum est intensus altero: si sunt inaequalis gradus impossibile est qd sunt simul in eodem subiecto, alioquin inde subiectum posset simul esse magis album, & minus album, quod videtur implicare contradictionem: & iterum, termini motus vel mutationis & remissionis non sunt cōpossibilitates, sed huiusmodi accidentia possunt esse termini motus vel mutationis secundum alterationem intentionis & remissionis, quare &c. Si vero sunt eiusdem gradus, idem sequitur, quia subiectum non est in potentia ad aliquam formam nisi mediante mutatione, sed subiectum habens aliquam formam non potest mutari ad consumilem eiusdem gradus priori manente: quia idem non potest simul esse tale formaliter in actu, & tale in potentia, sed illud sequeretur si subiectum habens aliquam formam posset mutari ad consumilem, ergo &c.

4. IN contrarium arguitur, quia sicut se habent duas natureas compleas, quarum quaelibet est nata constitutiva proprium suppositum ad virnitatem supponit, sic se habet duo corpora quorum quilibet natum est occupare locum ad unitam loci, sed plures tales natureas possunt esse simul in eodem supposito diuina virtute, sicut fuit in Christo, ergo si multiter duo corpora possunt esse in eodem loco simul diuina virtute. Ad idem est quod dicit Damasc. in lib. 4. cap. vlt. vbi dicit, quod corpus gloriosum erit spirituale quale fuit corpus domini post resurrectionem clausis ianuis permanentis.

5. R E S P O N S I O. Circa istam quæst. est duplex modus dicendi. Primus est communior, & magis cōcōrū dicitis diuina scripturae quantū ad superficiem literar. & secundum qd communis exponitur. Secundū quod quacunque plura corpora possunt esse in eodem loco simul virtute diuina, & illud probatur primō quantum ad conclusionē. Et secundū datur modus possibiliteris. Primū probatur ex multis. Primo quia Christus natus est clauso matris vtero. Re manū enim virgo post partum, sed istud non potuit esse nisi corpus Christi nascendo simul esset cum corpore matris, quare &c. Secundū quia Christus ponitur surrexisse clauso sepulchro, quod similiter non potuit esse, nisi simul esset corpus Christi cum lapidibus sepulchri, & sic idem quod prius. Tertiū quia Christus post resurrectionē intravit ad discipulos ianuis clausis, vt habetur Ioann. 21. quare &c. Quartū quia corpus celeste non potuit diuidi saltem quāna